

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Sermo Ad Iuvenes , @Qvi sacris ordinibus iniciari, &
exami se submittere petunt**

Wimpfeling, Jakob

Argentorati, 1514

VD16 S 6012

Exaggeratio Praedictorum iohannis gerson in sermone exhortatorio ad
episcopos, qui in quarta parte sub alphabeto Octavo reperitur

[urn:nbn:de:bsz:31-290147](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-290147)

EXAGGERATIO PRÆDICTO

rum Ioannis Gerson in sermone exhortato
ribus orio ad episcopos, qui in quarta parte sub
ofib mms Valphabeto Octauo reperitur.

In collatione ordinū summa deberet adhiberi cautio
qualiter gerat, specialiter qui, & quales assumunt ad sa
cerdotiū, quemadmodū sine vtilitate, imo cū grandi ec
clesiæ dedecore multiplicant. Ex hoc em̄ p̄cipue q̄ hæc
ianua nō satis obseruata est, p̄cesserūt mala in ecclesia,
cōcubinariōz, & foeneratorū clericorū, & mercatorū, &
breui verbo hoīm dissolutissimā vitam, atq̄ perditissi
mam, plusq̄ rurales om̄es ducentium.

Pictorij thetrasticon ad concubinariū non vere
compunctū nī scortum domo expellat.

Si tibi vis credam te p̄cēnitiūse malorum,

Prisca velim posthac crimina non iteres.

Turpe homini nimis est, vbi se fluuiatibus vndis

Lauerit, a solito nolle cauere luto.

Ad sacris iniciandum.

Vires tuas metire. Nemo te ad arduū sacerdotiū cog
gat. **L**iber es, Si gradū hunc amplecteris, cōlibatū sacer
dotibus indictū seruato. **S**i a carne, aut Plutone tentabe
ris, inuoca Christū, implora matrē, Mors subeat in men
tem, & flammæ stygis sempiternæ. **R**euluito versicus
los ex Saphico Vuimphelingi capuciatī ad suum Sam
bucellum.

Quando te carnis reprobe pruritus

Vexat, aut noster inimicus acer

Demon immittit cerebro furorem

Vincere tentans.

Vulnerum Christi memorare supplex

Virginem pulsa precibus Mariam

Sis memor mortis, Stygiaeque flamma

Ocia vitans.

Literas sacras lege, non Nasonem

Fœda qui scribunt fugito poetas,

Nec tuis ledas studijs ephœbos

Esto sacerdos.

Guilelmus de Mara iuris V. doctor ad Ioannē
de Ganay magnū Franciæ Cancellariū, In
priorem sententiam astipulatur.

Non ego magnanimos, quorū est pars maxima, taxo,

Sed quos in fatuos deflectit foemina mores,

Sæuaque compescit seruili belua freno,

Et qui debuerant accense lampadis instar

Illucere alijs, præbent exempla malorum

Cœlibe quos vita, casto quos corpore semper

Esse, animoque decet, quos tangere foemina nunquā

Debit, ecce palam sponsas ducuntque, tenentque,

Ac tanquā licitis pariter sibi nexibus hærent.

Scilicet hi furuos lemures, laruasque tremiscunt,

Atque ideo soli noctu dormire verentur

Qualia templa dei, quam sacra palacia cordis,

In quibus immunde veneris simulacra locantur,

Atque pharetrati fugienda cupidinis arma.

Hiccine cœlicolum princeps habitabit Iesus.

Qui sibi casta petit, pureque nitentia templa?

O sacrae, sanctaeque manus, O regie vertex,

Atque insigne caput, clara redimite corona,

Non pudet his labris olido dare suauia scorto,

Nunc quibus ipse sacrū sumpsti cum sanguine corpus.

Nec pudet his manibus meretricis tangere mēbra:
Nunc quibus aetheri regis pia membra tenebas
Heu pietas, heu prisca fides, nihil ergo moueris
Majestate dei: metuis nihil, & pudor ora
Deserit: ac ceca vitij caligine mersus,
Non curare deum credis, nec talia nosse.
Atqui forma domus spectacula quanta ministrat:
Discurrunt tennes per mensam, & scamna popelli,
Melchisedech iuxta regina in sede locatur
Ipsa iubet famulis, domino plerunq; minatur,
Qui tacet, & dicto parens taciturnus obaudit,
Quod si bilis atrox rutilum descenderit ad cor
In caput illius iacit inflammata catillum
Hæc si iusta foret coniunx, quis talia demens
Tam foret, vt stomacho constanti ferre valeret:
Sed quia legitimo non est sociata hymenæo
Næ velit, atq; alium sibi præferat illa veretur,
Atq; ideo patitur, quicquid iubet aspera iuno
Hinc constructa ruunt pario de marmore templa
Decrescunt census, nec enim pia tura sacerdos
Concremat, atq; stans hymnos non concinit horis,
Sacrificat raro, diuinum deserit vsq;
Officium, expendens cunctos in pellice nūmos,
Et domini tales patrimonia vertit in vsus,
Ac sine honore premit Christi, & sine noie sponsam
Cum corio nūueas vellit de corpore lanas,
Impastiq; greges incerto calle vagantur,
Nec cibus, aut potus miseris datur, omnia nanq;
Fœda capit mœnas, lataq; voragine condit,
Tunc ferus ah spreto lupus insidiatur ouili,
Tunc latro grassatur, tunc prædam diripit hostis,
Atq; animas demon cruciandas destinat orco,

*in rombr
Marrupia*

Perfidus insulfos celebrat dum pastor amores,
Sed quis erit modus; ipsa equidē mors sola dolētes
Diuidet, ac vitæ cum tristitia soluere fata
Cogitur, aspectat miseram, mens omnis in illa est,
Incestamq; dolet sine patre relinquere prolem
Illa ediuerso mœrens affatur amantem,
Et sperare iubet duri solatia morbi,
Oscula quæ interdum præbet, nudatq; papillas,
Atq; voluptates animo gemebunda reducit
Præteritas, hi sunt monitus, hæc verba salutis.
Cunq; grauem vomit ille animã, stat careus ardens
Illius in manibus, quem perdita sustinet vxor.
Ast inimicus atrox operis spectator iniqui
Assidet expectans morientis vt occupet vmbra,
Hic finis miseris, quorum est ea vita peracta.

Hieronymus Gebvulerius
ad lectorem.

Qui cupis ordinibus sacris admittier isto.
Quid deceat libro candide lector habes.

Argentorati, Ex Aedibus Schurerianis
Mense Septembri Anno
M. D. XIII.